

Q. N. 425, 6.

X 1876265

XI.

II i

2852

GEORGII HENRICI
GOETZII,

SS. Theol. Doctor. Past. ac Superintend.
Annæ Montani,

PRINCEPS
CONCIONATOR,

Seu

De

CONCIONATO-
RIBUS ILLUSTRIBUS,

vel

Durchlauchtigen Predigern/

COMMENTATIO

ANNÆBERGÆ,

Typis Davidis Nicolai, MDCC.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

VI.

VIRUM

*Summe-Reverendum, Magnificum, Amplis-
simum, atque Excellentissimum,*

DOMINUM

SAMUELEM BE-
NEDICTUM CARP-
ZOVIVM,

Doctorem Theologum longe lateque
celeberrimum, ac de orthodoxa Chri-
Ecclesia præclare meritisimum,


In Aula Electorali Saxonica Conciona-
torem Supremum vigilantissimum, &
Consiliarium Ecclesiasticum specta-
tissimum, multoque gravissi-
mum,


*Dominum, in Christo Patrem, Patronum atque
Fautorem, quovis honoris & obsequii
cultu prosequendum,*

Commentationis hujus Sacrae Oblatione
cum

Voto ardentissimo divinæ Benedictionis
colit ac suspicit

GEORGIUS HENRICUS GOETZIUS, D.





I. N. J.

DIvini Numinis Benignitati merito acceptum referimus, quod in Ordinem Sacrum cooptaverit, non *Angelos*, sed *Homines* tantum, peccatis ac morti obnoxios, Eisque dederit in mandatis, ut puritate Verbi sui & Sacramentorum dispensatione Cœtum Electorum hisce in terris colligerent, atque ad futura, quæ in cœlis expectari solent, gaudia præparare sustinerent. Inter *Homines* verò sacris præficiendos rebus nullum quidem hodie obtinet discrimen, ut ex peculiari quadam gente Ministri sint arcessendi, ceu olim ex tribu tantum Levi Sacerdotes eligebantur, Exod. XXIX, 1. Num. I, 50. III, 25. IV, 4. II X, 16. JO. GERHARD. T. IV. LL. Theol. p. 331. FRANC. STYPMANNUS *de Salaris Clericorum* p. 12. sq. Sed promiscuè unusquisque, sanctificantibus & administrantibus Donis instructus ac legitime vocatus, ad sacra hæc munia, in timore Domini subeunda, admittitur. At enim verò ordo semper probè observandus est, ne status, quos prudentissimus rerum nostrarum Arbiter constituit & ordinavit, inter se turbentur, aut planè tollantur, ut adeò Pastoribus Ecclesiæ re-

rum sacrarum, Magistratibus autem Politicis, negotiorum Forensium demandetur cura, ac quilibet suis circumscripti terminis, alienos turbare circulos intermittant. Institutum hoc bonum esse & perquam utile, singuli mecum agnoscent, ac dignis deprædicabunt laudibus. In id verò enitendum est sedulò ac diligenter, ut hæc divina constitutio Ecclesiæ commode fervetur integrè, nec ullo modo audacter immutetur. Quæri itaque hac occasione liceret, num Princeps, qui gubernacula Reipublicæ tenet, absque culpa sacris se immiscere posset negotiis, verbum Dei prædicando, baptizando, Symbola Sacræ Cœnæ porrigendo, Neogamis benedictionem sacerdotalem impertiendo, & reliqua sibi arrogando, verbi divini Præconibus propria? Et hoc argumentum quoque est, de quo nonnulla commentari habemus constitutum. Ita verò nos geremus, ut *duabus sectionibus* dicenda absolvamus, quarum *prior* erit *historia*, atque ex historia, antiquiori juxta ac recentiori, sacra pariter & profana, suggeret *Exempla Concionatorum Illustrium*, *posterior* autem, eaque *theologica* feret iudicium, num, recte ac legitime Personæ Illustres, Reipublicæ gubernandæ admotæ, ad functiones Ecclesiasticas sint admittendæ? Faxit modo Deus, ut labor ex voto succedat!

SECT.

SECTIO PRIOR.

§. I.

Concionatores Illustres descripturi, pauca tantum, melioris ordinis causa, præmittenda esse judicamus. Is verò dicitur *Concionator*, qui Verbum Divinum publicè exponit ac prædicat, cui prædicationi Sacramentorum administratio solet annecti. Alias vocatur *Sacerdos*, non ea ratione, quæ omnibus Christianis 1. Pet. II, 5. Ap. I, 6. convenit, sed speciali quadam significatione, quatenus peculiariter sese Deo consecravit, & prædicationem Evangelii sacrificat, Deo hostias spirituales, preces pro totius gregis salute conceptas, offert, aliasque ministerii sui partes expedit. Fatemur tamen, hanc appellationem, hodiè non esse recipiendam, & rectius eum, qui sacris Dei vacat, *Ministrum Verbi* compellari posse, judice PAULO TARNOVIO L. 3. Cap. 9. de Ministerio Ecclesiastico p. 1396. collatis iis, quæ ex variis Scriptoribus CASP. ZIEGLERUS L. I. Cap. I. de Episcopis p. 4. annotavit. Titulum *Illustri* Regibus ac Principibus vel aliis Viris maxime honoratioribus deferri per-est-notum, atque fufius probatum à JO. CHRIST. BECMANNO in *Notitia Dignitatum Illustrium* p. 35. & 200. nec non in *Dissert. de Cognominibus Principum*. p. 85. CAROLO DU FRESNE in *Glossarii* T. II. p. 20. & JUL. CÆS. BULENGERO de *Império Romano* Lib. 2. Cap. 21. p. 347. sqq. Hinc illum in præsens tribuimus omnibus iis, qui vel Regis

vel Principis profapia orti sunt, & Majores Illustres honore ac nomine venerantur, vel Regis ac Principis dignitatem tuentur. Et ejusmodi *Concionatores Illustres*, qui vel concionati sunt publicè, vel alios actus ministeriales exercuerunt, in Historiarum monumentis commemorari, à nobis est demonstrandum.

§. 2. Monemus tamen, inter hos non obtinere locum *Principes Doctos*, qui animum rerum sacrarum notitia imbuerunt, quorum numerum incomparabili prorsus exemplo ornavit Dux ille Mecklenburgicus, JOHANNES THEOLOGUS appellatus, eo quod in Academia Parisiensi seculo decimo & tertio sacris studiis invigilaverit, ac Doctoris Theologiæ axiomata unanimi Facultatis Theologiæ suffragio reportaverit gesseritque. Conf. modò nominatus BECMANNUS in dissertatione lectu dignissima de *Cognominibus Principum*, quæ *Frankfurti A. 1683.* prodiit, p. 13. ac D. JOH. FECHTII, Theologi nostræ ætate præcipuis annumerandi, Cui Benè sit! *Dissert. acad. de Nobilitate Studii Theologici, Rostochii 1692.* §. 23. Quemadmodum & Eos abesse jubemus, qui Religionis ac pietatis, quippe à quâ Reipublicæ felicitas merito dependere dicitur, (notante D. PETRO MULLERO in *Præfidiis Domus Illustris* p. 80. 235.) fuerunt amantissimi, ac veram Evangelii doctrinam ad seros posteros transmittere studuerunt à BECMANNO *l. c.* p. 37. 38. 39. aliisque laudati. Ecquem enim infucata ERNESTI, Ducis Saxonix, latet pietas, Cui id propter causæ subli-

me

me PII adhæsit cognomen? Ut ergo familiis Saxonis, veræ, ingenuæ & falli neiciæ pietatis exercitium, nostris ac futuris annis, proprium semper sit ac perpetuum, omnes boni pii- que mecum cordicitus vovent.

§. 3. Venerantur antiqua tempora invi- etum animum *Confessorum Illustrum*, qui, in Comitibus Augustissimis Augustæ A. 1530. celebratis, veram fidei summam articulis quibus- dam exhibuerunt, ac divino successu propu- gnarunt. Eos autem in *Concionatorum* classem referendos esse, vix adeo accuratè dici poterit. Merentur tamen adscribi verba Theologi præ- clari nominis, cui Norimberga plurimum de- bet, M. JO. SAUBERTI, è libro satis elegan- ter scripto, ac Principibus Evangelicis ad le- gendum enixe commendando, ne Augusta- nam Confessionem suspicere dediscant, qui *Miracula Augustanæ Confessionis* Germanico idio- mate complectitur p. 198. Ein Wunder war es/ nach dem etliche hiezige Râthe die Abschaffung der Evangelischen Predigten damahln zu Augspurg erhalten / und sehr darüber triumphiret / daß hin- gegen aus Gottes sonderbahrer Schickung der Churfürst zu Sachsen neben sechs Fürsten und den Gesandten der zweyen Reichs-Städte aufge- treten / das Evangelium gleichsam / uno ore, in dem Pallast des Kaysers selbst geprediget / von den Zeugnissen Gottes vor den Königen geredt / und sich nicht geschâmet / wie Davids worte lau- ten / Ps. 119. Dadurch denn warhafftig mehr

ausgerichtet worden/als wenn 100. Prediger 100. Jahr alle Tage zu Augspurg außser der Gegenwart des Kaysers und der vornehmsten Stände des Reichs sich hätten hören lassen.

S. 4. Divina lege interdictum est, ne mulieres publicè sacra aggredierentur negotia, quamobrem mulieres eas, quarum ope variæ regiones veram fidei doctrinam profiteri inceperunt, commemorante D. JO. ANDR. SCHMIDIO, in *dissert. de Muliere Orthodoxa*, quæ *Helmst. 1699.* edita est, p. 16. 17. *sqq.* ad præsens negotium minime spectare credimus. Solent aliàs mulierculæ illæ pientissimæ, quæ Mariæ sanguinis vinculo erant junctæ, & Christum à mortuis resuscitatum esse audiverant ex Angelo, Eumque Apostolis annunciarant, *Evangelistæ Evangelistarum* ab *Homiletis* appellari, ast denominatio tantum à nomine est petita, & allusionis magis, quam *αὐτῆς Βεῖας* redolet genium.

S. 5. Ad *Concionatores* nostros illustres minimè nunc referimus Principes illos seculares, qui *Archi-Episcopi* vel *Episcopi* nominantur. Ea enim appellatio illis tribuitur non propter religionis curam, quæ ipsis ac omnibus terrarum Dominis officii ratione incumberet, hinc quilibet Christianus Princeps dici posset Episcopus, (*Is enim jure divino architectonico superinspector inspectorum est, vigilum circuitor, explorator militiæ sacræ ac operarum exactor*, describente eum B. DANNHAUERO in *Theol. Conscient. P. I. p. 891.*) neque propter *Episcopalia munia*, cum ad hæc non vocati sint,

sint, neque illa, ut notum est, præstent, sed
titulotenus saltem vel ex inveterata appellatione in Pa-
patu introducta, ceu graviter monet accuratis-
 simus ille CARPZOVIVS SENIOR *in aurea Isa-*
goge ad LL. Symbol. p. 743. Huc spectant, *Eo-*
dem teste, verba Protestantium apud HORT-
 LEDERUM *Lib. I. de Bello Germ. Cap. 37. f. 272.*
 ita fluentium: Teutsche Nation hat viel / die den
 Bischofflichen Nahmen und Titul tragen / aber
 keinen Bischoff haben wir / der das Amt ausrichte.
 Graphicè magis eos descripsit LUTHERUS no-
 ster apud PHIL. SALZMANNUM *in Singul.*
Luth. p. 84. sqq. Die Bischöffe / die jetzt regieren /
 sind nicht Bischöffe / sondern gemahlte und höf-
 kerne Bischöffe. Denn es treibt ihr keiner Bi-
 schoffs Amt und Werck / nemlich das Predigen /
 nicht ein jeglich Predigen / sondern Gottes
 Wort predigen. Die lieben Junckern und ge-
 mahlte Bischöffe studiren nicht / können nichts /
 thun kein Bischoffs Werck nicht / sind damit zu
 stiller Ruhe und guten Tagen gesetzt / fahren den-
 noch einher / als wären sie Bischöffe / so es lauter
 Fastnachts-Larven und Pözen sind. Es sind nicht
 Bischöffe / sind ungelehrte Bözen / und Pözen /
 Larven und Maulaffen / die nicht so viel können / daß
 sie wüßten / was ein Bischoff heiße / geschweige
 was eines Bischoffs Amt sey / Wölffe / Tyran-
 nen / Seel-Mörder / und des End-Christi Apostel
 sind sie / die Welt zu verderben. *Dependent*
autem hi Episcopi à voluntate Pontificis Ro-
mani, qui universalis totius orbis Ecclesiarum

Antistes & Episcopus dici mavult, ut nullus in Germania Episcopus sine summi Pontificis consensu ac præstito Ei juramento reperiat ac habeatur, teste H. CONRINGIO *de Constitutione Episcoporum* §. 68. Respiciunt ergò ad ea, quæ *Curiam Romanam* evehunt, atque illustriorem reddunt, vel gulæ ipsorum inserviunt, non verò ad commodum & augmentum Ecclesiæ promovendum. Ita Collegia Canoniorum, pristinam plane amiserunt faciem, ipsorumque bona vere omnia per luxuriam effunduntur & consumuntur, nulla habita ratione saluberrimarum constitutionum vel salutis Ecclesiæ, quo pacto in Episcoporum Electione ad illustres tantum & potentes oculum solent intendere, licet omnia in Scholis Ecclesiisque corumpantur, id quod DAV. CHYTRÆI verbis è *Chronico Saxonie* p. 56. efferre placet: *Episcopi jam aliquot seculis regio more dominati, nullum ex paulo ante commemoratis episcopi officium proprium, sed velut principes politici, solam civilem gubernationem ditionum ac civitatum, ecclesiis additarum, procurant. Cumque ditionibus majorum Ecclesiarum, passim opulenti & insolentes equites, ac urbes populosæ ac potentes subiectæ sint; ut in officio hi contineri, & pax ac tranquillitas publica conservari possit, jam in episcoporum electione, non tam religio & doctrina, & in ecclesiasticis officiis obeundis industria & sedulitas, ut olim, sed sola ferè potentia, & ex generis nobilitate & armis propinquorum pendens autoritas, quibus splendorem & jus suum defendere ac tueri collegia possint, spectatur. Itaque, ut antea alii principes,*
ita

ita nunc precipue archidiaecesin Magdeburgensem perpetua serie soli fere vicinorum principum electorum filii, libera collegii electione designati, gubernant. Habuere olim collegia ac Scholæ Viros meritis in Ecclesiam insignes, sed temporis intervallo, progrediente paululum tyannide factâ, illi vestem pristinam exuerunt, ac in pejus ruere inceperunt. Sic modò laudatus CHYTRÆUS l. c. p. 84. valde commendat Collegium Corbejense, verbis lectu non in iudicandis: Collegium Corbejense ad Visurgim in Diœcesi Paderbornensi institutum, aliquot seculis velut seminarium fuit episcoporum Saxonie, ex quo Ansgarius etiam, primus Hamburgensium archiepiscopus, qui late in vicinas Henetorum gentes, & Daniam, Sveciamque sua voce Evangelium propagavit, & successores illius S. Reubertus, Adelwardus, Hoierus ad docendas Ecclesias vocati sunt. At si quis Theatrum illustrium Virorum Corbeja Saxonica, quod rerum harum scientissimus CHR. FRANC. PAULINI adaperuit nuper, animo paululum attentiori perlustraverit, deprehendet primo statim limine, episcopos illos tantum non omnes ab Ecclesiarum cura ad rerum civilium gubernationem transiisse, & episcoporum proprie sic dictorum hodie vix umbram residuam esse ac conspici. Quicquid ergo sit de iis, atque ipsorum antecessoribus, imò & reliquis, nolumus tamen illos, quamvis sanguinis & Majorum gloria fuerint illustres, atque in Monasteriis sacra aliquando obierint, longa serie recensere, uno tantum aut altero suo loco commemorando, contenti.

§. 6. Sed num ipse *Episcopus Romanus* Concionatoribus nostris Illustribus sit adjungendus, adhuc disquirendum est. Novimus, Eum haud raro modo benedicere populo, modo fulmina spargere in heterodoxos & impios, atque varios exercere actus sacros, ordinare ac disporre cuncta, quæ ad rem Ecclesiæ suæ videntur pertinere. Verum tantum abest, ut Pontifices Romanos, qui defendunt impiam doctrinam & impios cultus, & magnæ pestes sunt Ecclesiæ, ut in *LL. Symbol. p. 347.* recte docetur, addamus Concionatoribus, à nobis hac vice commemorandis, qui veram fidem amplexi sunt, aliisque exemplo fuerunt & incitamento, ut potius eos rejiciamus, atque ceu Antichristos omni tempore diligenter vitemus, Deum precantes, ut nos posterosque nostros ab his Concionatoribus, eorumque concionibus, liberare velit per Christum, Amen!

§. 7. Dantur denique inter *Nobiles Viri* præstantes, qui amore Theologiæ allekti, sacra exposuerunt dogmata, & Ecclesiam Christi egregiis juverunt modis, à *FECHTIO* in *supra allegata Dissertatione §. 24. sqq.* & *B. D. BAKIO Comment. in Psalm. II. p. 52.* adducti, sed præsentis instituti ratio non permittit, ut illos Principibus, quos ceu *Concionatores* intueri ac venerari animus est, adjungamus.

§. 8. Missis ergo iis, qui à *Concionatoribus Illustribus* proprie sic dictis longe recedere videntur, ad illos devenimus, quibus hoc cognomen suo jure tribuendum est. Describit *Historia*

sto
nar
M
Ar
run
leb
fuf
pra
nia
ne

cuj
utr
del
Sac
cer
net
tac
Epi

veæ
dur
qu
adi
qu
do
tico
évgr
tie
du
rep
z.
cio

istoria Sacra Viros Illustres Regia dignitate ornatos, qui mathematicarum disciplinarum, Musicæ puta, Cosmographiæ, Astronomiæ, Architecturæ civilis, navalis, militaris &c. fuerunt periti, à D. SAM. REYHERO, Viro celeberrimo, in *Mathefi Regia, Kilie 1698. p. 15. sqq.* fusius commemoratos. Ast nec silentio eos prætermittendos esse judicavit, qui sacra munia in se susceperunt. Quamobrem hos ordine nunc recensere animi fert prolubium.

§. 9. Primum se nobis offert *Melchisedechus*, cujus *Gen. XIV, 18. & Ebr. VII, 1.* fit mentio, & utraque dignitas, regia puta ac sacerdotalis, describitur. Fuit autem is Rex Salem, & כהן Sacerdos, atque ab ipso DEO dignitatem Sacerdotii accepit. De genere ejus nihil attinet dicere, cum de illo magni mysterii causa taceat Scriptura, judice ESTIO *Commentar. in Epist. Paul. p. 960.* Dicitur $\alpha\pi\alpha\tau\omega\rho, \alpha\mu\eta\tau\omega\rho, \alpha\gamma\epsilon\upsilon\epsilon\alpha\lambda\omicron\gamma\eta\lambda\omicron\varsigma$, *Hebr. VII, 3.* non absolute, sed secundum quid, ita, ut nos tantum origo ejus lateat, quamvis nec Patre nec Matre caruerit, quemadmodum & *Horatius* sine gente eum vocat, qui ignotæ prorsus est originis. Ratio Sacerdotii in eo consistebat, non ut Sacrificio Missatico facem præferret, quod Pontificiorum est $\epsilon\upsilon\theta\eta\mu\alpha$, sed ut Deo serviret suosque, quorum potiebatur, ad pietatem & verum Dei cultum adduceret, & typice Christum adumbraret, repræsentaretque, *Psal. CX, 4. Ebr. VII, 1. 2. 3. sqq.* Legantur de hoc illustri Concionatore præter Commentatores ordinarios, qui

qui in Genesin, Psalmum CX. & Epistolæ ad Hebr. Cap. VII. scripserunt, JOH. GERHARDUS in *Genesin* p. 315. *sqq.* JO. ELAI TERSE-
RUS *Annotat. in Genes. p. 40. sqq.* JO. THILO
in Epitome Biblior. Crit. p. 76. sqq. JO. CONR.
DANNHAUERUS in *pec. disput. Theol. ac M.*
CHRIST. HOFFMANNUS in *Dissert. philol. Je-*
ne 1669. M. JO. JAC. CRAMERUS in *dissert.*
ad Psal. CX. Lips. 1689. quæ in *Tomo dissert. Carpzov.*
extat. Duodecim Exercitationes Lugduni Ba-
tav. 1686. edidit JAC. GAILLARDUS de Mel-
chisedeche, quarum synoptica expositio legitur
in *Actis Erudit. A. 1686. p. 149. sqq.* Sed hypotheses
Ejus non omnibus adeo probantur, & earum
præcipua ferme est, quod per *Melchisedechum*
ipse *Filius Dei* literaliter sit intelligendus, quæ
sententia ab Autoribus modo adductis fusius
est explosa, Lectoremque monet, ut in lectio-
ne hujus scripti cautius procedat.

§. 10. Geminum officium, quod gessit No-
ster, non eo trahendum est, ac si liceret utram-
que potestatem, *politicam & ecclesiasticam*, simul
exercere. Istud enim exemplum plane *extra-*
ordinarium fuit, ad statum ordinarium cum *fi-*
dei Papalis Cultoribus nequaquam revocan-
dum. Deinde Deus ipse hæc officia olim con-
juncta postea sejungenda esse tradidit, Judæ
tribui regiam, Levi vero sacerdotalem assi-
gnans dignitatem. Ac tandem divinum ob-
stat mandatum, *infra sect. 2.* uberius exponen-
dum, quo minus hæc officia conjungi queant.
Vid. Autores adducti, & illis add. MEISNE-
RUS

RUS P.3. *Phil. sobr. p. 766.* HUTTERUS in *LL. Theol. p. 584.* à Prücknero in *Vind. Bibl. P. I. p. 95.* laudati.

§. II. *Melchisedechum* inter Concionatores Illustres suum obtinere locum evicimus; Sed de Rege *Davide* major adhuc suboritur dubitatio. Primo negamus, ea, quæ in *Psalmo CX.* Sanctus Vates est vaticinatus, de *Davide* ipso exponenda, sed potius de *Christo* esse interpretanda, ceu optimus Magister noster tradidit *Matth. XXII, 41. 42.* nec aliud permittunt prædicata illa, quæ de suo subjecto enunciantur. Secundo *Sacerdotium Davidis* ex aliis rationibus, quas *Enjedinus* pro suo sententia adducit, probari nequit. Nam, quæ de veste, oblatione holocaustorum & benedictione, *2. Sam. IV, 14. 17. 16.* commemorata, ab illo proferuntur, tanti non sunt, ut nobis persvadeant, *Davidem* Concionatoribus Illustribus esse adjungendum. *Ephodum* enim, quo cinctus dicitur, non fuit vestis sacerdotalis, sed ab hac distinctum vestimenti genus, & ex puro lino confectum. Commune equidem fuit Levitis extra sacrificandi actum ad decorem & splendorem conciliandum, hinc & *Davidi* venit usui, verum à sacerdotali veste, aurea scilicet, longe diversum, ceu recte notavit *JOH. BRAUNIUS* de vestitu Sacerdot. *Hebr. L. II. p. 602. sqq.* & *D. JUST. FEUERBORNII* in *Anti. Enjedino p. 53.* Deinde oblatio sacrificiorum, quæ *Davidi* tribuitur, non probat, quod probare debet. Is enim, mediante tantum ministerio Levitico, cujus

cujus erat præparare sacrificia & offerre Domino, obtulit holocausta, alias in Leges à Deo latus graviter peccasset. Benedictionem quod attinet, tenendum est, illam non fuisse sacerdotalem, sed tantum vulgarem, qua unus alterum, amoris ac benevolentia testanda gratia excipit, ceu à JAC. MARTINI *de tribus Elohim* L. I. C. 32. p. 393. sqq. JO. WINCKELMANNO T. VII. *Disput. Giess.* p. 103. sqq. & qui eorum presse legit vestigia, ANDR. PRUCKNERO *in Vindic. Bibl. P. II.* p. 68. sq. prolixius est ostensum. Quæ tertio adduci solent, Davidem esse concionatum, occasione verborum *Psal. CXVI.* v. 13. *Calicem salutem accipiam, & Nomen Jehovæ invocabo,* vel prout in Vers. german. efferuntur: *Ich will den heilsamen Kelch nehmen / und des HERRN Nahmen predigen;* Ea non proprie sunt intelligenda, sed modo invocationem DEI innuunt, voce & vita exprimendam, quæ omnibus omnino hominibus communis esse debet, & hic specialissime à Rege nostro promittitur, quamvis negari haud possit, Davidem laudabili exemplo suis in aula & domo regia prævisse, ut Deum invocarent, omnemque securitatem evitarent. Ita enim B. GEIERUS *Comment. in Psalm. LI.* p. 934. scribit, nostramque sententiam juvat: *Eo cautiores reddere posthac alios conabor tam subditos, quam aulicos, cognatos, liberos; tam per verbum orale, quam per scriptos psalmos pœnitentiales &c. meo enim eosdem erudire potero proprio exemplo.* Quo pacto constat nobis, ad Sacerdotium Sacrum Davidem,
animum

animum nunquam applicuisse, hoc ipso tamen nondum asseritur, eum *ê Prophetarum* ordine, esse excludendum, quem ipsi recte vindicavit asseruitque HERM. WITSIUS *Miscell. Sacr. L. I. C. 18. p. 213.* Quamvis vero David nullum inter Concionatores nactus sit locum, habuit, tamen egregium & conscientiosum Sacerdotem, *Nathanem* puta, quippe qui ei fuit à concionibus aulicis, & confessionibus, nec non consiliis sacris, probeque noverat justo tempore tum Legem, tum quoque Evangelium, annunciare, *2. Sam. XII.* Hujus fidei traderat filium suum *è Bathseba* natum, *Salomonem*, haud ignarus, Inspectionem religiosissimi Concionatoris multum prodesse, ac cæterorum, Politicorum nimirum, curis esse anteferendam. Eandem felicitatem pariter consecutus est postea Otto IV, Imperator, de quo constat, quod in adolescentia Ecclesiasticis Viris fuerit commissus, ut in eorum contubernio pietati & bonis literis diligentem navaret operam, nec infelici successu hoc factum esse, Sigfridus, Hildesheimensis Episcopus, commemoravit, apud MEIBOMIUM. *T. III. Rerum German. p. 155.*

§. 12. De *Salomone*, ad quem nunc ordine devolvimur, hunc in modum B. JOACH. HILDEBRANDUS, in eleg. *dissert. de Veterum Concionibus*, Helmst. 1661. publ. Cap. 1. §. 6. commentatur: *Sapientissimus Mortalium Rex Salomo concionandi munus obivit. Hinc semetipsum* *Ἐκκλησιαστήν* h. e. Concionatorem appellat in peculiari libello,

qui adhuc hodie inter *Canonicos sacrae Scripturae libros* numeratur. Ut adeo Eum titulum *Concionatoris Illustris* gessisse dici possit. Num vero publice fit concionatus, adhuc est inquirendum. Nostra sententia, quam tamen, salvo aliorum iudicio, in praesens defendimus, haec est, Salomonem quidem libro isto, qui *Kobeletb* dicitur, atque ab ipso, cum veram egisset poenitentiam, scriptus est, (a) vanitatem rerum mundanarum quasi concionando descripsisse, ac populum suum & unumquemque lectorem informasse, non vero concionatoris munus explevisse. Nam dignitas regia tunc temporis à dignitate sacerdotali erat distincta, nec credi potest, Virum hunc sapientissimum ac ordinis divini tenacissimum tam temere, ac propria auctoritate leges divinitus sancitas sustulisse. Deinde in Scriptura Sacra, quae varia sistit Regis hujus acta, nullum de isthoc munere reperitur vestigium, ut ferme tutius sit, in re incerta negativam magis, quam affirmativam, haud adeo bene probatam, amplecti sententiam. Titulus ipsius libri quando *קובלת* *convocatrix* (in gen. foem.) dicitur, nihil aliud importat, quam Salomonem convocasse & collegisse auditores, ut vanitatum pericula effugere discerent, vel Sapi-

entiam

(a) Errant ergo illi, qui Salomonem hujus libri autorem esse negant, contra quos P. D. Huetius in *Demonstrat. Evangel.* p. 405. Abrah. Calovius in *Bibl. Illust.* ad h. l. p. 1227. cum Interpp. aliis egerunt.

entiam increatam, quæ Filius Dei est, per typum suum, Salomonem, congregasse omnes, atque ad se traxisse, quæ SEB. SCHMIDII, *Comment. in b. l. p. 13.* expositio est. Quo ipso autem non inferitur, Eum proprie dicendo verba fecisse ad populum. Quod ad suggestum illum *æneum* attinet, in templi atrio extructum, 2. *Par. VI, 13.* non negamus, ex illo benedictionem accepisse populum, & Regem vidisse ac audivisse, sed quod ad *Concionatoris* instar se gesserit, adhuc majorem exposcit probationem. Informationem aliquam generalem, sive in loco sacro, sive extra illum facta sit, admittimus, reliqua vero, quæ *Sacerdotibus* propria sunt, sibi non tribuit, licet quoque publico scripto subditos ad pium & rectum Dei cultum fuerit adhortatus. Id quod Lutheri nostri verbis, prout illa B. CALOVIUS in *Bibl. Illustr. Anti. Grot. p. 1227.* consignavit, efferre placet: *Titulum Ecclesiæ, sive Concionatoris, magis referendum puto ad ipsius libri, quam ad Autoris nomen, ut intelligas, hæc esse verba per Salomonem publice dicta, in concione aliqua suorum Principum & aliorum. Cum enim Rex esset, non erat sui muneris neque officii, docere; Sed Sacerdotum & Levitarum* Ut scilicet sit publica concio, quam ex Salomone audierint, à qua concione placuit librum hunc *Cobeleth* appellare, non quod Salomo ipse *Concionator* fuerit, sed quod hic liber concionetur, tanquam publicus sermo. Huic sententiæ pariter subscribit CALOVIUS *l. c.* Neque enim per *concionatorem* vocem interpretamur, inquiens, quod Salomo munus *præconis* verbi

Et concionatoris, ad quod tribus Levi ordinariè destinata erat, subierit. Nec dissentit GEIERUS noster in *b. l. p. 10.* breviter quidem, sed accuratè, monens, *ratione informationis, exemplum superioris seculi Georgium Principem Anbaltinum Concionatorem cum nostro puta conferri posse.* Autoritas verò Athanasii, qua Salomonem concionatum esse tradit in *Synopsi Sacrae Scripturae T. II. Opp. p. m. 96.* *Ecclesiastes vocatus est, quia ad populum ipse concionatus est, & quæ Spiritus sunt, locutus;* dictis nostris planè non officit & obstat, cum Synopsis illa, GVIL. CAVEO in *Hist. Liter. P. I. p. 146.* iudice, Athanasium non agnoscat autorem, vel si is eam confecerit, in generaliori significatu hanc vocem usurpaverit, quemadmodum & hoc modo eandem acceptionem Doctores quidam sibi vindicarunt.

J. 13. Quamvis autem, accuratè & propriè loquendo, Salomo Illustribus Concionatoribus adjungendus non sit, is tamen exemplum nobis præbet satis luculentum, qua ratione Verbi Divini Ministri hunc titulum sibi arrogare possint. Id quod pium est monitum incomparabilis GEIERI *l. c. p. 37.* *Si Rex majestate & opulentia eminentissimus non erubescit Concionatorem (in sensu scil. generaliori) se vocare, ejusque officium tum dictis, tum scriptis explere; vix inglorium hoc erit ulli inferiori.* Huic succinit SCHMIDIUS in *b. l. p. 17.* nec non DIETERICUS in germanica eaque copiosissima expositione hujus scripti, *ad b. l. p. 11.* scil. adhuc aliud eliciens porisma: *Regenten und Obrig-*
keiten

Feiten sollen Haus, Hoff- und Land-Prediger seyn.
 Et p. 15. iusto concitatus dolore in hac erum-
 pens verba: Man findet heutiges Tages der
 Regenten wenig / die sich der Gottesfurcht be-
 fleißigen / die ihrer eigenen Seelen Prediger / ih-
 rer Diener und Unterthanen Haus- und Land-
 Prediger seyn / sie zur Gottesfurcht / Bibel und
 Gottes Wort / zur Zucht und Tugend anhalten:
 Und deren viel / die wohl ihr Lebenlang keine Bi-
 bel gesehen / will geschweigen / dergleichen haben /
 oder sie in die Hand genommen / oder darinnen
 gelesen / oder / wo sie sie haben / doch unter der
 Bank liegen / oder auf dem Schranck stehen / und
 wohl bestäuben lassen. Achten es für ein Pfaf-
 fen-Berck und Gauckerey / damit sie nicht zu be-
 laden. Was Bibel? Was Kirch? Was Pre-
 digen? sagt mancher / man soll die Pfaffen in die
 Kirchen gehen / in der Bibel lesen / und predigen
 lassen / die haben ihren Lohn davon. Thun demnach
 nichts / als auf weltlichen Pracht und Hoheit se-
 hen / essen und trincken / fressen und sauffen / jagen /
 hegen / thurniren / reiten / spielen / arme Leute mit
 allerhand neuen Schakungen / Auflagen / Steu-
 ern / Tributen und Beschwerden / ausschinden und
 betragen und biß auff's Blut ausfaugen. Darin
 bringen sie ihr Leben zu / darin ziehen sie ihre
 Kinder auf / die heut oder morgen sollen zum Re-
 giment gezogen werden / welche dergleichen von
 denen Eltern sehen und lernen / Gottes / Kir-
 chen / Schul / Wort / Predigen / Bibel / Cate-
 chisimum nicht achten / Müßiggang / Hunde-Bi-
 bel

bel / Roß · Catechisimum studiren / mit Roß · und
 Hunds · Buben umgeben / und deren Zucht lero-
 nen / dadurch denn weder Gottes Ehre / noch ih-
 re oder ihrer Unterthanen Wohlfahrt befördert
 werde / das sind studi aulica , Regenten Predi-
 ger. Daher kommts / daß hin und wieder so ü-
 bel steht in Herrschafften / Gottesfurcht und Lie-
 be ist verloschen. Treu und Glaube ist hin /
 Glück und Segen ist verstorben / und ist bey den
 armen Unterthanen nichts denn Seuffzen und
 Weheklagen. Ne ergo in ejusmodi tempora
 incidamus, sed ab iisdem proximè liberemur,
 danda sedulo est opera, Deusque solícite ro-
 gandus, ut nos omnes Spiritu suô, qui Salo-
 moni olim adstitit, ducat imposteriorum in semi-
 tam virtutum & justitiæ.

§. 14. *Jesaias propheta vit, vir nobilis & proxi-
 ma consanguinitate attingens Regem, Amaziæ regis
 ex fratre Amotzo nepos, uti Hebræorum traditio habet,
 & ut Hieronymus ait, socer Manassis, à quo tamen
 ferra dissectus esse traditur, verba sunt H. WITSII
 in Miscell. S. L. I. C. XVIII. p. 237. Quod si ergo
 hæc vera sint, quæ de generis nobilitate circum-
 feruntur, atque ab ARCULARIO Comment. in
 b. l. p. 8. pariter approbantur, quamvis illa, ju-
 dice HEIDEGGERO in Enchiridio Biblico p. 210.
 non apud omnes fidem mereantur, tunc suo
 jure inveniret locum inter Illustres Conciona-
 tores. Ea quæ hic concionatus est, vasto lumi-
 mine exhibentur, ac non tam Prophetam, judi-
 cio HIERONYMI, quam Evangelistam dicendum
 esse*

esse suadent. *Mirabilis enim hic planè est Propheta, rerumque pariter ac styli majestate sublimis maxime & excellens, pulchre monet* FR. BURMANNUS *in Exercit. Acad. P. 2. p. 175. Subnascitur inde, NEH. ROGERO, Doctore Anglo, in Exposit. Parabole Es. V, 1. p. 29. sqq. materia, Ministerium Ecclesiasticum vehementer commendandi, eo quod Esaias, generis nobilitate illustris, isti fuerit admotus.*

§. 15. Si Regnum Christi fuisset de hoc mundo, næ hic inter illustres Concionatores esset referendus, omnibusque terrarum Dominis longè anteponendus. Erat enim Regis Regum ac Domini Dominantium filius atque secundum utramque naturam majestate regia pollens, nec non ratione materni generis filius Regis Israëlitarum, Davidis, ut adeo ex illustri & regio stemmate sit oriundus. Munus Concionatoris in officio Prophetico susceptum quod attinet, novimus, Eum non solum nomen Concionatoris (*Jesus enim erat predicans, Marc. I, 39.*) gessisse, sed etiam per integrum triennium laudabiliter suo officio esse defunctum, qua de re plura legi possunt ex Historia Evangelica ap. HILDEBRANDUM *in add. disert. Cap. 11. §. 3. 4. sqq.*

§. 16. *Constantini Magni, primi Christianorum Imperatoris, pietatem magnifice commendant Scriptores, atque inter eos Eusebius, qui quatuor libris ejus vitam complexus est, ac præclara inseruit Religionis testimonia, æterna memoria celebranda. Inter quæ præcipuè memo-*

ratu dignum est, quod habuerit conciones ad populum. Ita enim *Lib. IV. Cap. XXIX. p. m. 539.* scribit: Ἐπιείθο τὰς παρίδας, hoc est, ut H. VALESIIUS expressit, crebras habebat conciones, nam, ita in *Annot. p. 245. a.* pergit, παρῶδον ποιῆσαι, est verba facere. Et hoc deinde prolixius describit, ut ostendat, Imperatorem hunc laudatissimum non solum Episcopum extra Ecclesiam fuisse, ac animabus subditorum benè consuluisse, sed etiam Episcopis intra Ecclesiam constitutis exemplo præluxisse, ut omnes partes muneris sui concionando implere studerent. Verba ipsa, licet pluscula sint, majoris illustrationis ergo, ex interpretatione Valefiana, quæ reliquis, doctiorum iudicio, palmam videtur præripere, huc apponere decrevimus: *Quo- circa ipse quidem concionem advocabat. Ceterum, innumerabilis accurrebat multitudo, Principem philosophantem auditura. Quod si forte inter dicendum, de Theologia loquendi aliqua sese obtulisset occasio, stans illico contracto vultu ac demissa voce cum singulari religione ac modestia, divinæ doctrinæ mysteriis initiare auditores videbatur. Cumq̄, universi faustis vocibus ei applauderent, ipse eis innuebat, ut sursum oculos attollerent, unumque illum summum omnium Regem, præcipuo cultu & admiratione prosequerentur. Porro orationum suarum partitionem ita faciebat, ut primum quidem refutationem erroris gentilium in multis Diis colendis, quasi fundamentum substerneret, certis rationibus adstruens, superstitionum illorum meram fraudem esse, & impietatis propugnaculum. Post hæc de singulari Imperio*

rio

rio Dei differebat. Tum sermonem faciebat de providentia, qua & universa reguntur & singula. Hinc ad salutarem progrediens dispensationem, hanc quoque necessario & convenienti ratione factam fuisse ostendebat. Inde orationis cursum promovens, disputationem de divino iudicio aggrediebatur. Quo in loco auditorum animos gravissimè perstringebat; raptos coarguens, & violentos, & eos, qui se pecuniarum inexplebili cupiditati mancipassent. Nonnullos etiam è familiaribus suis, qui aderant, quodam quasi orationis flagello verberans, conscientie stimulis agitados, demittere oculos cogebat. Quibus clara voce contestans denunciabat, ipsos actorum suorum rationem esse reddituros. Haud inviti quidem largimur, Imperatorem religiosissimum non eo modo esse concionatum, quo ab Episcopis ordinariis factum esse legitur, nihil tamen obstat, quin dicatur, eum extraordinariè nonnunquam, ordinariis Episcopis non renuentibus, subditorum & Ecclesie emolumento, has concionandi & admonendi partes sibi imponi passum, esse, à reliquis autem officiorum generibus abstinuisse. Quemadmodum verò boni Patrisfamilias est, suos admonere, ut pietatis ac virtutum studio sint dediti, *Ephes. VI, 4. Job. IV, 53.* Ita etiam Imperatori nostro vitio non vertendum venit, quod, urgente temporis necessitate, Concionatorem egerit, salvo Episcoporum æstimonio. Eundem Constantinum Principis docti quoque laudes reportasse haud ita pridem VAL. ERN. LOESCHERUS in *Bibliotheca Purpurata, Witteb. 1698. §. VII.* ostendit.

§. 17. H. VALESIUS *Annot. in h. l. p. 245.*
Imperatores Byzantinos in classem nostram redi-
gi posse existimat, hunc in modum scribens :
Quod ad rem ipsam attinet, ab hoc Constantini facto
videtur manasse mos Imperatorum Byzantinorum, qui
conciones catecheticas & de rebus sacris habebant, quæ
Silentia dicebantur, ut videre est in Glossario Meursii.
 Sed cum Scriptores rerum Byzantarum,
 quos inter CAR. DU FRESNE *Parisiis 1680. edi-*
ta Historia Byzantina eminent, nobis ad manus
 non sint, nostrum de his Concionatoribus ju-
 dicium interponere non vacat. Placet tamen
 Observationes Fratris dilectissimi, D. GOD.
 CHRIST. GOETZII, de hoc argumento no-
 biscum communicatas annotare: Inter alios
 titulos, quos sibi arrogabat olim Imperator,
 Constantinopolitanus, hic inprimis eminuit,
 ut *Ἐπισκοπικὸς ἀρχιεπίσκοπος* i. e. Doctrinæ ac Disciplinæ Ec-
 clesiasticæ Præses diceretur, pari fere ratione ac
 fecit Henricus VIII. R. Angliæ, qui post iras
 cum Pontifice R. susceptas Supremum Caput
 Ecclesiæ Anglicanæ, assensu Curiaë utriusque
 insigniri voluit, quem honorem nec Edoardus
 VI. filius ejus, nec Maria Regina, quamtumvis
 Pontificia, regni sui primordio, averfati sunt.
 Vim memoratæ vocis distinctius explicatam
 invenies ap. du Cange in Glossar. Gr. barb. v.
Ἐπισκοπικὸς ἀρχιεπίσκοπος, ubi quoque *Ἐπισκοπικὸς ἀρχιεπίσκοπος*
 Manuelli Comneno adscriptam fuisse refert.
 Istud autem ideo factum arbitror, quod ad Im-
 peratorem non minus atque ad Patriarcham,
 docendi munus olim pertinuerit, eoque intui-
 tu

tu ille & rubra & prasina cera in signandis Diplomatum usus fuisse legatur, ceu apparet ex Meursii Gloss. v. κηρόβουλον, ubi celebrem locum Balsamonis de Privileg. Patriarcharum adducit, quem non pigrabor latine hic adscribere: *Imperatores, inquit, & Patriarchæ excellunt quoque functionibus dicascalicis (concionatoriis) propter sacri Chrysmatis virtutum. Inde enim fideles Despotæ atque Imperatores catecheticas conciones habent ad Christianum populum, & odores incendunt ut sacerdotes, & prasina sigillant.* Huc usque. Quandoquidem vero Imperator, ut dixi, rebus ecclesiasticis summa autoritate præfuit, hinc, cum sæpe contingere posset, ut peregre abesset, Patricius aliquis ejus locus tenebat, qui ὑπεκκλησίων hac de re appellabatur, cujus autoritas tanta, ut Patriarchæ ipsi par censeretur, proximus quippe ab Imperatore, ob honorem tamen & reverentiam prior nominabatur Patriarcha & Archi-Episcopus. Sedebat autem supra præfectum prætorii & Episcopos omnes. Quamvis Cangius in v. ὑπεκκλησίων ita explicet hanc dignitatem, quod eadem præditus vices Imperatoris in Silentiiis publicis sive Confessibus obierit, ejusque nomine oraverit. Sed videtur partium studio adductus id fecisse, ut denegaret Imperatoribus omnem in rebus Ecclesiasticis potestatem, cum tamen antea in voce ἑπιστημονάρχης ipsis eandem asseruerit.

J. 18. *Oswaldus, Rex Angliæ, Seculo septimo floruisse dicitur, de quo scriptores commemorant, quod Christianam fidem in sua regione*

pro-

propagaverit, atque conciones ab Episcopis Scotiis habitas in Anglicam transtulerit linguam, quo ab omnibus intelligi potuerint. Vid. JO. JAC. HOFMANNUS in *Lex. Univers.* T. II. p. 75. vel clarius ex Herbergero rem proponit MART. CANABÆUS, Superint. olim Forstensis, nunc pie denatus, homil. quadam in Investitura filii sui, A. 1688. habita, his verbis: Herr Herberger schreibet von R. Oswald in Engelland/da seine Unterthanen ihren Prediger/der einer frembden Sprache war/ nicht verstehen kunten/ so ließ er noch eine Cangel bauen/ und trat in eigener Person drauf. Wenn nun Aidanus der Prediger hatte einen Spruch ausgeredet/ so verdolmetschet ihn der König auf der andern Cangel. Und durch Gottes Gnade wurden innerhalb 7. Tagen 15000. Heyden zum Christenthum bekehret/ die sich tauffen ließen.

S. 19. De Godescalco, Vandalorum Duce, idem refert supra laudatus DIETERICUS ad *Ecclesiast.* p. 14. Godescalcus der Wenden Herzog hat selbst öffentlich das Wort Gottes geprediget/ und seine Unterthanen mit seiner Wunder-süssen Rede beweget/ daß sie die wahre Religion desto lieber gehabt. Procul dubio idem fuit, quem Wendi, Christianam religionem denuo abjicientes, Leontii ad aram trucidaverant An. 1066. teste CHYTRÆO in *Chron. Saxon.* p. 47. Idem suo testimonio confirmat HOFMANNUS in *Lex. Univers. Continuat.* T. I. p. 913. inquiens: *Cum apud suos fidem propagare vellet, ipse ejus praco à subditis occisus.*

S. 20.

§. 20. Ne vero ullum hæc duo allata exempla offendant, is probe consideret, Principes illos extraordinarie tantum Concionatoris officio, in casu necessitatis, esse defunctos, vel perpendat ea, quæ DANNHAUERUS in *Hodosoph. Phenom. II. p. 142.* monet: *Est non raro necessaria huiusmodi copulatio, onerosa & violenta, ubi ordo cedit necessitati, sicut natura particularis universali, ne publicum bonum aliquid detrimenti capiat.*

§. 21. Memoratur quoque Diaconus Mediolanensis, *Arinaldus*, è Marchionum stemmate, qui ad Illustres Concionatores spectare videtur. Ejus fata verbis B. GEIERI in *Betrachtung der Zeit und Ewigkeit. P. II. p. 37.* Drexelium & Beyerlingium secuti, describere volupe est: *Wie giengs dem frommen Diacono zu Meisland / Arnaldo, welcher Marggräfflichen Geblüts war / und doch in solches Elend durch der bösen Leute Tücken gerieth / daß man ihm die Ohren abschnitte / in gleichen die Ober-Lippe / die Nase / die Zunge aus dem Halse / die Augen ausstach / die rechte Hand abhieb / biß ihm endlich gar die Seele ausfuhr.*

§. 22. Duo adducit exempla Concionatorum Illustrium M. JO. SAM. ADAMI, vulgò MISANDER dictus, in *Deliciis Biblicis A. 1692. p. 813.* *Käyser Sigismund / so wegen des Concilii zu Costniz wohl bekant / hat sich nicht geschämt eines Capellans Stelle zu vertreten / sondern hat zu Costniz das Evangelium vor dem Altar selbst abgelesen. Herzog Ernst von Sachsen / Churfürst*

stens

stus Ernesti felicissimi vierdter Sohn / Erz-Bi-
 schoff zu Magdeburg / hat unterschiedliche mahl
 das heilige Müt gehalten / und den Churfürsten
 zu Brandenburg copulret. Sed merito optan-
 dum esset, ut Autor alias non indiligens, quip-
 pe quam laudem ipsi non invidemus, adduxis-
 set scriptorum fidei dignorum testimonia, sic
 eo tutius fides narrationi potuisset haberi. Fa-
 mur enim, neque JO. CUSPINIANUM, de
 Cæsaribus commentantem, hoc annotasse, ne-
 que JO. SEB. MÜLLERUM, in *Annalibus Sa-*
xonicis proximis nundinis divulgatis, de Erne-
 sto (qui filius fuit natu tertius, non quartus,)
 actus hosce retulisse, Scriptoribus ergo accura-
 tioribus hæc dijudicanda relinquimus.

§. 23. Ad *Illustrem Domum Anhaltinam* acce-
 dimus propius, inque ea *Duos* veneramus *Con-*
cionatores, à fera posteritate deprædicandos, &
 opusculo nostro inferendos. Primus eorum est
Adolphus secundus, Adolphi primi filius, qui mi-
 nisterio divino in Collegiis Ecclesiæ Mersbur-
 gensis se devoverat, amplissimaque possederat
 beneficia. De hoc CHYTRÆUM in *Chronic.*
Saxon. p. 206. sequentia tradidisse legimus:
Mersburgensem Ecclesiam Adolphus Anbaldinus, Adol-
phi filius, Magni Præpositi Magdeb. frater (Georgio
 principi Anbaldino, qui nostra ætate, pietatis & do-
 ctrinæ laude floruit, quarto gradu agnatus) regendam
 suscepit. Quem humili statura, sed magnæ ob pie-
 tatem, prudentiam, gravitatem, & in gubernatione in-
 dustriam, auctoritatis, & beneficium erga pauperes fu-
 isse

isse, ac ipsum pro concione populum docuisse, accepimus. Nec à vero hæc recedere, ipse Sanctus Princeps in *Opp. german. p. 444. sqq.* ap. JO. OLEARIUM P. 2. Der wunderlichen Güte Gottes pag. 695. testatur: Da ich auch dermassen auf eine Zeit meinen lieben Vettern / Bischoff Adolph seeliger Gedächtniß / wohl unterschiedlich und Christlich habe hören predigen auf den Sonntag Judica, und vor seinem letzten Ende im Abendmahl gar herzlich davon reden se. Nec memoratu indignum est elogium à Brotusio ipsi datum apud SAGITTARIUM, Fautorem nostrum, cum in vivis esset, prorsus singularem, in *Historia Principum Anhaltinorum p. 105.* Ist gewest eines grossen Ansehens / tapfer / kleiner Person / gütig / geistlich / barmherzig / gab viel Almosen / war gelahrt / ein guter Prediger und Theologus, lebet keusch / Gottfürchtig / straffte die Sünde der Hurerey und Ehebrecherey geschwinde an den Geistlichen und Weltlichen / &c. &c.

§. 24. Alter est Georgius IV. Ernesti filius, Coadjutor Episcopatus Mersburgensis, (à Georgio, Duce Saxonix, domo, vitæ ac fidei professione distingvendus, de quo pec. extat dissertatio M. GOD. ARNOLDI, in *Acad. Giess. 1697.* proposita) magnus ille superioris seculi Theologus, & quod mirabatur præsens illa, ac mirabitur ætas postera, sacer orator excellentissimus, judice SAGITTARIO in præfat. histor. cit. Quod si ergo aliquis mereretur in *Concionatorum Illustrum* reponi Catalogum, sane hic omnium suffragio primas facile

facile teneret. Legitime vero ad munus Episcopale, in Ecclesia Mersburgensi subeundum, fuit vocatus & ordinatus, inque eo se ita gessit, ut Deo & proximo placuerit, conscientiaque semper habuerit rationem. Peroravit Eius causam Theologorum, qui hodie Ecclesiam Christi ornant, princeps, ac de fama Georgii Principis Anhaltini ac Lutheri nostri præclare meritus, D. EL. VEIELIUS, Quem Deus fervet! in pec. scripto, *Historiam ac Necessitatem Reformationis Evangelicæ per B. Lutherum instituta ex scriptis D. Georgii exponente, Ulmæ 1692.* ex quo nonnulla instituto inservientia excerpere haud erit dividia. Ita vero ap. VEIELIUM p. 346. de vocationis suæ bonitate differit: *Ego gratias ago Deo meo, quod, licet peccator alioqui miserrimus sim, nulla tamen vel veri saltem specie accusari queam, quod ad ministerium non legitime vocatus, ordinatus, vel consecratus sim, multo minus, quod ordinatio, & Sacramentorum, quæ per nos fit, administratio inefficax sit atque irrita.* Ordinatus autem fuit à Luthero nostro, cum quo ipsi magna intercesserat familiaritas, ejusque scripta avide perlegerat. *Cum nescirem, inquit, l.c. p. 350. à quo ordinationem sine abusibus impetrare tum possem, accepi eam, sicut Paulus & Barnabas à Prophetis & Doctoribus, à Reverendo videlicet Viro, D. Martino Luthero, aliisque Pastoribus, tanquam veris Episcopis in officio publico & solenni, per orationem & manuum impositionem, inque publico Sacrosancto Communionis usu, juxta ritum Apostolicum, pro quo & Deo gratias ago.* Ordinationis testimonium exhibet

MEL.

MEL. ADAMI *in Vitis germ. Theol p. 249.* Nihil autem magis curæ fuit Ipsi ac cordi, quam ut conciones habendo, Ecclesias visitando, synodos instituendo, aliosque actus exercendo, officii partes tueretur, & forensium rerum curam prorsus abjiceret. Tot egregiæ ac devotissimæ conciones abunde satis comprobant, pectus ejus vera fide & Christi cognitione fuisse repletum. Incolæ laudabant Eum ac audiebant libenter, exteri mirabantur ac stupebant. *Vidi & audiui miraculum,* admirabunda vox Legati Pontificii erat, Romam reversi; *Natus Princeps subditis verbum Dei prædicavit.* Inter cæteras ecclesiasticæ administrationis partes, verba D. CHYTRÆI è *Chron. Saxon. p. 466.* adducimus, *singulis annis Synodos pastorum Diœceseos suæ binas, & in illis orationes latinas graves & utilissimas habuit.* Habuit Georgius Mersburgensis Diœceseos gubernationem Ecclesiasticam, Augustus autem, Dux Saxonix, gubernationem politicam, & cum illi Michael Hellingus à Carolo V. obtrudetur, bene Hic prospexit Ecclesiis, ne illis inferretur injuria, quo de argumento CHYTRÆUS sæpius nominatus *l. c. p. 497.* legatur. Cum A. 1548. Augustus Dux Saxonix, & Anna, Christiani, Daniæ Regis, filia, torum conscenderent, D. Georgius benedictionem Sacerdotalem Pari Illustrissimo est impertitus, habita concione nuptiali, in qua Psalmum 128. eleganter & pie exposuit, teste D. BAKIO *Comm. in Ps. II. p. 52.* De quo negotio ita scribit MEL. ADAMI *l. c. p. 255.* *Hoc nihil visum est multis ma-*

*ficentius, in tota illa pompa nuptiali, & regina mater
sponse filia suæ mirifice de eo fertur gratulata. Plu-
ra de hoc Illustri Concionatore commemorant
CAMERARIUS in pec. scripto, ADAMI l. c. SA-
GITTARIUS l. c. Cap. 29. p. 144. sqq. & VEIE-
LIUS l. c. passim. D. JO. DÜRRIUS in Harmonia
publica Doctrinæ Christianæ è scriptis D. Georgii con-
fecta, Witteb. 1677.*

§. 25. Elucet ergò ex his, quæ in D. Geor-
gio laudavimus, Eum verum fuisse Episcopum,
quem non puduit publicè concionari, ut adeo
ex vero de illo ap. DÜRRIUM l. c. p. 7. fuerit,
communi ore pronunciatum: Er ist in diesen
Landen gewesen/wie ein wahrer Bischoff. Et
cum Episcopum olim ex officio oportuerit con-
cionari, nec id infra dignitatem, ceu hodie fi-
eri sivevit, fuerit positum, prout ex antiquis
Canonibus & scriptis cordatiorum latius dedu-
xit JAC. GOETTENIUS *Var. observ. L.I.C. I.p.1.
sqq.* Iste profectò omnium meruit præconia,
quod sacram conscenderit cathedram, & po-
pulum viva voce docuerit. Quæ modestia,
quæ humilitas inde non conspicitur, ab Episco-
pis Papalibus hodiernis prorsus aliena? Es ist
bekannt der gottseelige und ungemein/demüthige
Fürst Herzog Georg von Anhalt / der sich nicht
geschämte selber zu predigen/ und sonst sein Leo-
benlang mit Kirchen-Sachen umzugehen / damit
er auch grossen Nutzen geschaffet / und manchen
Theologum an Bescheidenheit/Demuth/Sanft-
muth/

muth / und Weißheit übertraffen / vere judicat.
 GOD. ARNOLDUS in *Hist. Eccles. & Hæret. P. 2.*
T. 1. p. 99. à quo in præsens non recedimus.

§. 29. Concionandi exercitium Principibus in hunc usque diem parum acceptum ac frequentatum fuisse, literarum monumenta testantur. Eo gratius ergo est nobis, majoremque exposcit commendationem exemplum sine exemplo, quod seculo præsentè & jam ad finem properante dedit WILHELMUS ERNESTUS, Dux Saxo-Vinariensis, adhuc hodie utinam felicissime diutissimeque imperans, cum in ætate tenera, A. 1670. antequam rerum potiretur, suggestum adiret, ac, præsentè & admirante magna Principum & Nobilium turba, fidei suæ confessionem concionando ederet. Exposuit in eadem v. 31. Cap. XVI. Actor. atque in brevissima accuratissimaque Synopsi totius Augustanæ Confessionis Summam repetiit, eamque suo exemplo ediscendam & commendandam esse graviter docuit. Ut ergo posterì nostri habeant, quod laudent, admirentur, imitentur, placuit istam concionem ab interitu vindicare, atque integram commentationi huic inferere, quo *Concionatori Illustri* intemerata ubique constet laus atque veneratio. Quamvis autem hodierno tempore à concionandi exercitio planè remiserit, incredibili tamen amore & clementia Concionatores, quos habet, præstantis-

tissimos, & reliquos Verbi Divini Ministros, excipit ac prosequitur, Ecclesiamque Christi modis, quibus potest, egregiis, ornat atque tuetur. Benignissimum ergo Numen, quod Principum aulas respicit, Illustrissimum hunc Concionatorem unaque cum Domo Celsissima, amet, conservet, protegat, ac sero tandem Cœlestibus Concionatoribus interesse jubeat,!

Der

Der Durchleuchtige Prediger/

Das ist:

Christl. Glaubens-Bekänntniß /

Welches

Der Durchlauchtigste Fürst und Herr/

Herr Wilhelm Ernst /

Herzog zu Sachsen / Jülich / Cleve und

Berg / Landgraf in Thüringen / Marggraf zu

Meissen / Gefürsteter Graf zu Henneberg / Graf zu der

Marck und Ravensberg / Herr zum Ravenstein /

Aus herzoglicher Liebe zu dem allein seligmachen-

den Göttlichem Wort und heiligen Predig-Ampt /

auch hoch-rühmlichen Enfer in der reinen Lehr-

re der Ersten unveränderten

Augsburgischen Confession,

Inhalts derselben Ein und zwanzig Artickeln /

so da nach Anleitung

Der Apostel Gesch. am XVI. Cap. v. 31.

In Form einer Predigt fürzlich und kindlich aus

Gottes Wort also abgefasset sind / daß sie auch einem jes-

den einfältigen Christen zu täglicher heilsamer Fürstels-

lung solcher fürnehmsten Hauptstück seines

Glaubens dienen können /

Bei Versammlung vieler hoher Fürstl.

und Adlicher Personen

Auf dem Fürstlichen Residenz-Hause Weimar

zur Wilhelmsburg

freudig und ohne Anstoß

in dem achten Jahr seines Alters

abgeleget und gethan hat /

Auf vielfältiges Anhalten und Begehren Gott

allein zu Ehren und der wahren Evangelischen Kir-

chen zum Trost heraus gegeben.

Pp 3

Esai.

Eesai. XXXII. 8. Fürsten werden Fürstliche Gedanken haben/ und drüber halten.

Eesai. XLIX. 23. Die Könige sollen deine Pfleger / und ihre Fürsten deine Säug-Ammen seyn.

J. N. J. N.

Die Liebe Gottes des Hülfflichen Vaters/ die Gnade unsers Herrn u. Heylandes Jesu Christi/ und die tröstliche Gemeinschaft Gottes des Heiligen Geistes sey mit uns allen/ Amen.

Vorbereitung.

Liebe und Außerwehlt in Christo dem Herrn/ dieweil uns Christus befohlen hat Matth am VI. 3. Trachtet am ersten nach dem Reich Gottes und nach seiner Gerechtigkeit / so wird euch das andere alles zufallen; Als sind wir auch allhie Christlich versammelt/ sein heiliges Wort andächtig zu betrachten. Damit nun solches gereiche Gott zu Ehren / und unser seeligen Erbauung/ so betet mit mir das heilige Vater Unser.

Hierauf wolle Eure Christl. Liebe mit gebührender Andacht verlesen und erklären hören/ einen schönen Spruch/ so geschrieben stehet in der Apost. Gesch. am XVI. Cap. v. 31. und lautet also:

Text.

Gläube an den Herrn Jesum/ so wirst du und dein Haus selig.

Eino

Eingang.

Ich schäme mich des Evangelii von Christo nicht/ denn es ist eine Kraft Gottes seelig zu machen / alle die dran glauben: Also/ Ihr meine Geliebte/redet S. Paulus in der Epistel an die Röm. am I. 16.

Wie nun diesem Exempel des H. Apostels Pauli nachgefolget haben meine weyland hochseel. Vorfahren/als Churfürst Johannes/ der Beständige/ und Churfürst Johann Friedrich/der Großmüthige/ meine Ahn-Herrn: Herzog Johann Wilhelm und Herzog Johannes/mein Ober-und Aelter Herz Vater/ Herzog Wilhelm / mein Groß-Herr Vater/ als welche um des Evangelii und des Glaubens willen viel ausgestanden und erlitten haben/ in Ansehung der fünfftigen Herrlichkeit und ewigen Seeligkeit/bey welchem allein seeligmachenden Glaubens • Bekänntniß auch mein Gnädiger und Hochgeehrter Herr Vater nicht allein beständig verharret/sondern auch durch Gottes Gnade darinnen bißhero mich von meiner Jugend an unterweisen lassen: Also schäme ich mich des Evangelii von Christo auch nicht/ sondern bekenne mich mit Herzen und Mundr zu der reinen Lehre des unveränderten Augspurgischen

Vortrag.

Glaubens-Bekänntnisses / wie dasselbe auf dem Reichs-Tage daselbst Anno MDXXX. Kayser Carl dem V. dieses Nahmens / ist überreicht worden / will auch dabey / durch des heiligen Geistes Beystand / bis an mein seeliges Ende beständig verharren / und dannhero aus dem abgelesenen Text von diesem allein-seeligmachenden Glaubens-Bekänntnis eine kurze Predigt thun. Gott gebe dazu seines Geistes Gnade und Krafft / durch Iesum Christum / Amen.

Abhandlung.

Abtheilung.

Gläubet ihr nicht / so bleibet ihr nicht / spricht Gott der Herr zum ungläubigen Könige Ahas / Es. VII, 9. Sollen wir aber glauben / so müssen wir lernen: (1.) An wen wir glauben sollen? (2.) Was wir glauben sollen? (3.) Warum wir glauben sollen?

I. Theil.

Anlangend das Erste / An wen wir glauben sollen? so lehren uns die Apostel und Jünger des Herrn in unserm Texte / wenn sie sagen: Glaube an den Herrn Iesum.

Sollen wir nun an den HERRN IESUM glauben / so müssen wir auch wissen / wer der Herr Iesus sey / nemlich die andere Person der Gottheit / wahrer GOTT und Mensch in einer Per-

Person : Denn es ist zwar nur ein
 Gott: Höre Israel/ der **HERR** unser Deri. Artis
 Gott ist ein einiger Gott/ im 5. Buch cke: von
 Mos. am VI, 4. Marc. XII, 24. Aber in dem Gott und
 einigen göttlichen Wesen sind drey Perso- der Heil.
 nen/ Gott der Vater/ unser Schöpfferkeit, Dreyfaltigs
 und Erhalter/ Gott der Sohn/ unser Hieher ges
 Erlöser und Seligmacher/ und Gott höret das
 der **H. Geist**/ unser Tröster und Heilig- andere
 maker. Denn also stehet geschrieben: Am Haupt
 Anfang schuf Gott Himmel und Er- stück des H.
 den/ und Gott sprach / und der Geist Catechismi
 Gottes schwebete auf dem Wasser /
 1. B. M. I, 1. 2. 3. Der Himmel ist durchs
 Wort des **HERRN** gemacht/ und alle sei-
 ne Heer durch den Geist seines Muno-
 des/ Psal. XXXIII, 6. Und dieses erkläret
 uns S. Johannes ferner am 1. Cap. seines
 Evangelii: Im Anfang war das Wort/
 und das Wort war bey Gott/ und
 Gott war das Wort/ dasselbige war
 im Anfang bey Gott/ alle Ding sind
 durch dasselbige gemacht/ und ohn das-
 selbige ist nichts gemacht/ was gemacht
 ist. Und weiter: Drey sind die da zeugen
 im Himmel/ der Vater/ das Wort/ und
 der heilige Geist/ und die drey sind eins/
 1. Joh. V, 7. Also hat sich auch Gott der Sichtbare
HERR offenbahret bey der Tauffe **Christi**. liche Offens
 Denn da rief Gott der Vater vom Him- bahrung
 mel: Disß ist mein lieber Sohn/ an wel- der Heil.
Dreyfala
thentigkeit.

Geficht
Augustini.

chem ich Wohlgefallen habe. **J**esus Christus stund im Jordan und ließ sich täu-
fen/ und der **H.** Geist schwebete über Ihm in
Tauben-Gestalt/ Matth. III, 16. 17. Wie
aber solches zugehe/ daß drey eins/ und eins
drey sind/ können wir mit unserer Ver-
nunfft nicht begreifen. Der **H.** Kirchenleh-
rer Augustinus gieng einsmals am Ufer des
Meers spaziren/ und grübelte in diesem ho-
hen Geheimniß. Als bald ward Er gewahr
eines Knäbleins/ welches ein Grübelein da-
selbst machete/ und sagte/ Es wolte das
ganze Meer in das enge Grübelein aus-
schöpfen. Da nun Augustinus demselben
die Unmöglichkeit vorhielte/ antwortete das
Knäblein und sprach: Eben so unmöglich
und noch unmöglicher ist dirs/ das Ge-
heimniß der Heiligen Dreyfaltigkeit
mit deiner Vernunfft zu begreifen.

Und so viel vom Ersten.

II. Theil.

Lasset uns nun (zum Andern) auch hören/
was wir glauben sollen: Dieses zeigt
uns die Regel unsers Glaubens/ welche ist
das Wort Gottes/ 2. Petr. I, 19. Wir ha-
ben ein festes prophetisch Wort/ und
ihr thut wohl/ daß ihr drauff achtet/
als auf ein Licht/ das das scheint in ei-
nem tunceln Ort.

Der 2. Ar-
tikel von
der Sünde.
Erw Sünde

Aus demselben erlangen wir nicht allein
die Erkänntiß Gottes/ sondern auch unser
selbst/ daß wir Sünder seyn. Siehe/ ich bin

AUS

aus sündlichem Saamen gezeuget / und
 meine Mutter hat mich in Sünden em-
 pfangen / Ps. LI, 7. Es ist kein Mensch ^{Würckliche}
 der nicht sündige / 1. B. Kön. VIII, 46. ^{Sünde.}
 Dadurch verdienen wir nun Gottes Zorn ^{Sündens}
 und Ungnade / zeitlichen Tod und ewige Ver- ^{Straffe.}
 dämmiß. Ungnade und Zorn / Trübsal ^{Hierher ges}
 und Angst über alle Seelen / die da böses ^{höret das}
 thun. Rom. II, 8. 9. Aber davon erlöset uns ^{Erste}
 Christus Iesus mit seinem Thun und Len- ^{Hauptstück}
 den. Da die Zeit erfüllet ward / sandte ^{des H. Cat.}
 Gott seinen Sohn geböhren von einem ^{Derz. Art.}
 Weibe / und unter das Gesetz gethan / ^{von Christo}
 auf daß er die / so unter dem Gesetz wa- ^{und seinem}
 ren / erlösete / daß wir die Kindschafft ^{Verdienst.}
 empfiengen. Gal. IV, 4. 5. Fürwar Er ^{(a) Was}
 trug unser Kranckheit / und lud auf sich ^{Christus,}
 unsere Schmerzen. Wir aber hielten ^{gethan.}
 Ihn für den / der geplagt / und von Gott
 geschlagen und gemartert wäre. Aber ^{(b) Was er}
 er ist um unser Missethat willen ver- ^{gelitten.}
 wundet / und um unser Sünde willen zu-
 schlagen / die Straffe liegt auf Ihm / ^{(c) Warum}
 auf daß wir Friede hätten / und durch ^{er gelitten /}
 seine Wunden sind wir geheilet / Esai. ^{Weg zuneh-}
 LIII, 5. 6. Das ist: Wir werden ohn Ver- ^{men die}
 dienst gerecht aus seiner Gnade / durch ^{Sünde un-}
 die Erlösung / so durch Iesum Chri- ^{ihre Straff-}
 stum geschehen ist / welchen Gott hat ^{se.}
 fürgestellt zu einem Gnadenstuhl durch ^{Der 4. Art.}
 den Glauben in seinem Blut. Rom. III, ^{Von der}
 25. 26. ^{Rechtfertig-}
 25. 26. ^{ung eines}
 25. 26. ^{armen}
 25. 26. ^{Sünders}
 25. 26. ^{für Gott.}

Die Urfa: 25. 26. Die Werckzeuge aber unserer
 chen sind: Rechtfertigung und Seeligkeit an der
 (1) Gottes Gnade/
 (2) Christi Wort und die heiligen Sacramenta.
 Verdienst/
 (3) Der Glaube/
 als das ei-
 nige Werck-
 zeug an un-
 serer Sei-
 ten.
 Der 5. Art.
 Vom Wort
 und Sacra-
 menten/
 als
 Mitteln un-
 serer Sei-
 ten.
 Der 6. Art.
 Von guten
 Wercken.
 Gute Wer-
 ke müssen
 wir thun.
 Verdienen
 aber nichts
 damit.
 Der 7. Art.
 Von der
 Christliche
 Kirchen.
 Der 8. Art.
 Von den
 Heuchlern in der Kirchen.
 Der 9. Artikel: Von der h. Tauf-
 fe.
 Hieher gehöret das Vierdte Hauptstück des h. Catechismi.

Seiten Gottes / sind das gepredigte
 Wort und die heiligen Sacramenta.
 Wer da gläubet und getauft wird / der
 soll selig werden / Marc. XVI, 16. Der
 Glaube aber kömmt aus dem Gehör /
 Rom. X, 17. Helffen also zu unserer Seo-
 ligkeit nicht die guten Wercke. Zwar
 wir müssen gute Wercke thun / wie Christus
 vermahnet Matth. V, 16. Lasset euer Licht
 leuchten für den Leuten / daß sie eure gu-
 te Wercke sehen / und euren Vater im
 Himmel preisen. Aber Er spricht auch :
 Wenn ihr alles gethan habt / so sprecht :
 Wir sind unnütze Knechte / wir haben
 gethan / was wir zu thun schuldig wa-
 ren. Luc. XVII, 10. Die Werckstatt Gottes
 aber / da wir hievon unterrichtet werden / ist
 die Christliche Kirche / oder das Reich
 der Gnaden / welches auch die Pforten
 der Hölle nicht überwältigen sollen /
 Matth. XVI, 18. Unterdesen sind in der Kir-
 chen nicht eitel Fromme / sondern auch Heuch-
 ler unter Lehrern und Zuhörern / gleich wie
 allezeit Unkraut unter den Weizen /
 Matth. XIII, 25. Zu der Kirchen Gemein-
 schafft kömen wir nun durch die heilige Tau-
 fe / denn da nimt uns Gott zu seinen Kin-
 dern

dern an. Ihr seyd alle GOTTES Kinder
 durch den Glauben/ Gal. III, 26. Drüm
 sagen wir ab dem Teufel und allen seinem
 Wesen und Wercken/ und sagen zu/ wir wol-
 len fromm seyn/ Gott fürchten und ihm dienen.
 Wisset ihr nicht/ daß alle/ die wir in
 JESUM Christum getaufft sind/ die sind
 in seinen Todt getaufft: So sind wir je
 mit ihm begraben durch die Tauffe in
 den Tod/ auf daß gleich wie Christus ist
 auferweckt von den Todten/ durch die
 Herrlichkeit des Vaters/ also sollen wir
 auch in einem neuen Leben wandeln.
 Rom. VI, 3. 4. Weil wir aber diesen Bund
 GOTTES oft übertreren/ so ist das heilige
 Abendmahl eingefest/ darinnen wir der gnä-
 digen Vergebung der Sünden versichert wer-
 den. Denn so gewiß ich da Brodt und
 Wein esse und trincke/ so gewiß und war-
 hafftig esse und trincke ich auch den
 wahren Leib und Blut Christi/ und so
 gewiß und warhafftig ich den wahren
 Leib und Blut Christi esse und trincke/
 so gewiß und warhafftig glaube ich
 auch/ daß mir GOTT meine Sünde ver-
 geben habe/ um JESU Christi willen.
 Solche unsere Sünde müssen wir dem lieben
 GOTT zuvor beichten und bekennen. Denn
 so wir sagen/ wir haben keine Sünde/ so
 verführen wir uns selbst/ und die War-
 heit

Der 10. Art-
 tikel: Vom
 H. Abends-
 mahl.
 Kurzer
 Begriff der
 Lehre vom
 H. Abends-
 mahl.
 Besiehe
 hier das
 sechste
 Hauptstück
 des H. Cas-
 techismi.
 Der 11. Art-
 tikel: Von

Von der Beichte. Hieher gehöret das Fünffte Hauptstück des
 H. Catechismi.

heit ist nicht in uns. So wir aber unsere Sünde bekennen / so ist Gott getreu / daß er uns die Sünde vergibt / und reiniget uns von aller Untugend / 1. Joh. 1. 8. 9. Es kan uns aber die Sünde nicht vergeben werden / wenn wir nicht wahre Busse thun / unser Sünde halben hertzlich erschrocken seyn / an Jesum Christum glauben / und die Sünde ernstlich meiden. Darum spricht der H. Erz Christus: Thut Busse / Marc. 1. 15. Und Paulus spricht: Ohne Glauben sey es unmöglich Gott zu gefallen / Ebr. XI, 6. Und 1. Cor. XI. 23. 29. Der Mensch aber prüfe sich selbst / und also esse er von diesem Brod / und trincke von diesem Kelche. Denn welcher unwürdig isset und trincket / der isset und trincket / ihm selber das Geschickel / damit daß er nicht unterscheidet Nothwendigkeit des Glaubens bey dem H. Sacramenten. Die Prüfung geschieht durch Erforschung unser selbst / nach den Stücken der Busse und ihrer Frucht / ob wir auch dieselbe bey uns befinden. Der 14. Artick. vom H. Predigamt. Der 15. Artick. Von der Kirchen-Ordnung. Hicher gehöret die Haus-Tafel / welche allen Ständen ihre Lectiones giebet. Der 16. Artickel / von der Obrigkeit. Das Evangelium hebet die Obrigkeit nicht auf.

Der 12. Artickel von der Busse. Stücke der Busse: Neu und Leid über die Sünde / und der wahre Glaube an Christum / nebenst dem guten Vorsatz / als der Busse Früchte.

Der 13. Artickel: von Nothwendigkeit des Glaubens bey dem H. Sacramenten.

Die Prüfung geschieht durch Erforschung

unser selbst / nach den Stücken der Busse und ihrer Frucht / ob wir auch dieselbe bey uns befinden. Der 14. Artick. vom H. Predigamt. Der 15. Artick. Von der Kirchen-Ordnung. Hicher gehöret die Haus-Tafel / welche allen Ständen ihre Lectiones giebet. Der 16. Artickel / von der Obrigkeit. Das Evangelium hebet die Obrigkeit nicht auf.

und des H. Geistes. Und Joh. XX, 22.
 23. Bließ Christus seine Jünger an/
 und sprach zu ihnen: Nehmet hin
 den heiligen Geist / welchen ihr die
 Sünde erlasset / denen sind sie erlas-
 sen / und welchen ihr sie behaltet /
 denen sind sie behalten. Wenn wir
 nun also wahre Busse thun / müssen wir
 uns auch nach der Kirchen- Ordnung
 richten / daß alles ordentlich und ehr-
 lich in derselben zugehe / 1. Cor. XIV,
 40. Hiernecht auch der Obrigkeit ge-
 horsam seyn. Jederman sey unter-
 than der Obrigkeit / die Gewalt
 über ihn hat / den es ist keine O-
 brigkeit ohne von GOTT / wo aber O-
 brigkeit ist / die ist von GOTT ge-
 ordnet. Wer sich nun wider die O-
 brigkeit setzet / der widerstrebet Got-
 tes Ordnung / die aber wiederstres-
 ben / werden über sich ein Urtheil em-
 pfahen. Rom. XIII, 1. 2. Denn wir
 müssen alle offenbar werden für
 dem Richterstuhl Christi / auf daß
 ein jeglicher empfahen / nach dem er
 gehandelt hat / bey Leibes Leben /
 es sey gut oder böse / 2. Cor. V, 10.
 Von uns selber zwar können wir
 nichts aus thun / ja auch nichts gut
 gedenccken / als von uns selber / 2 Cor.
 III, 5. Denn der Teufel / Welt und
 gleich

Der 17. Als
 für tickel / vom
 Jüngsten
 Tage.
 Der 18. Als
 stickel / von
 freyen Wils-
 len.

Der 19. Art. Fleisch sind wider uns / der Teufel
 tickel / von und Satanas ist / ber die ganze
 Ursach der Welt verführet / Offenb. Joh. XII, 9.
 Sünden. Ich weiß daß in meinem Fleische
 nichts gutes wohnet / Rom. VII, 18.

III. Theil. Darum wir endlich und (zum Dritten)
 Der 20. zu lernen haben / warum wir gläu-
 Artikel / ben sollen? nemlich / wie unser Text sa-
 von seelig- get: Daß wir seelig werden: Glaubt
 machenden be an den HErrn Jesum / so wirst
 Glauben. du und dein Haus seelig. Darum
 spricht S. Paulus: Aus Gnaden seyd
 ihr seelig worden den Glauben.

Hieher ge- Eph. II, 8. Denn wenn wir wieder von
 hören die den Todten auferstehen werden / so wer-
 4. letzten den die Gottlosen in die ewige Pein ge-
 Dinge: hen / die Gläubigen aber nicht in das
 Der Todt. erdichtete Seg- Feuer / sondern in das
 Die Aufer- ewige Leben / wenn Christus sprechen
 stehung wird: Gehet hin ihr Verfluchten in
 und Ges- das ewige Feuer / das bereitet ist
 richt. dem Teufel / und seinen Engeln. Und
 Die Hölle. zu den Frommen: Kommet her ihr
 Das ewi- Gesegneten meines Vaters / ererbet
 ge Leben. das Reich / das euch bereitet ist von
 Anbeginn der Welt / Matth. XXV, 34.

Der 21. 31. Hierum sollen wir nun nicht die
 Artikel: sonst heilige und gebenedeyete Jungfrau
 Von An- und Mutter Gottes / Maria oder ande-
 ruffung der re Heiligen / sondern den wahren Gott
 Heiligen. allein anrufen: Denn du solt anbes-

ten

ten **GOTT** deinen **HERREN** / Hieher ges
 und Ihm allein dienen / Marth. 1V, höret das
 10. Wie wir denn zum Beschluß also dritte
 seuffzen und sagen: Haupt-

ACH **GOTT** im Wesen ein / gedrittelt
 in Personen / Summa
 Die Erbschuld drücket mich / der wollest
 du verschonen / aller Artiz
 Hat doch dein Sohn mein **GOTT** / und
 Bruder mich bedacht / in nachfolz,
 Und mir Berechtigkeith des Glaubens gendern
 wiederbracht. Gesang.

Behalte mir dein Wort und Sacra-
 ment ans Ende /
 Unnütze sind doch nur die Werke mei-
 ner Hände /
 Erhalte deine Kirch / und wehr des Sa-
 tans Macht /
 Hilff / daß mir schade nicht untreuer
 Hirten Wacht.

Chriftgläubig laß mich auch der
 Tauffe stets gedencken /
 Und durch dein Leib und Blut dir ganz
 und gar einfencken /
 Zwar ich bekenne dir viel Sünd und
 Missethat /
 Doch weil ich Busse thue / schaffst du mir
 Hilff und Rath.

29

4. Die

4.
Die Sacrament will ich mit Glau-
 bens, Eysen fassen/
 Mich auf der Priester Amt/ die du be-
 ruffst/ verlassen/
 Ich halt es nicht mit dem/ der Kirchen-
 Ordnung bricht/
 Und seiner Obrigkeit/ die Christlich/ wi-
 widerspricht.

5.
Ein Tag und Christus ist zum Welt-
 Gericht erkohren/
 Des Willens Freyheit ist zur Gottes-
 Furcht verlohren/
 Der Teufel/ Welt und Fleisch der Sün-
 den Ursach seyn/
 Der Glaube bringet mir die Seeligkeit
 allein.

Die Sie-
 ben Mis-
 bräuche.
 6.
Für Dienst der Heiligen mich treuer
 Gott behüte /
 Den Raub des Kelches du den Anti-
 Christ verbiere/
 Den Ehestand erhalt in seiner Würd
 und Ehr /
 Des Pabstes Greuel/ Meß in deiner
 Kirchen wehr.

7.
Gedenck der Sünden nicht / die ich nicht
 kan erzehlen /
 Es hilfft ja nicht dafür viel Fasten /
 Speise wehlen/

Rein

Kein Mönch - und Nonneu - Stand macht meine
 Krümme gleich/
 Kein Bischoffs - Schwert / du Herr giebst mir das
 das Himmelreich!

Welches der getreue Gott und Vater im Him-
 mel / an uns allen erfüllen und war machen wol-
 le um seines Eingebornen Sohnes JESU
 Christi unsers Heilandes willen / in Kraft des
 Heil. Geistes / auf daß wir die göttliche Güte /
 Gnade und alle Wohlthaten rühmen und prei-
 sen mögen / nicht allein in dieser Zeitlichkeit / son-
 dern auch dervmahleins in ewiger Freud und
 Seligkeit / Amen.

SECTIO POSTERIOR.

§. 1.

ADductis ergo iis, qui *Concionatoris Illu-*
stris partim nomen, partim ipsum offi-
 cium gesserunt, ad alterum *commenta-*
riuncule membrum accedimus, quæstionem il-
 lam discussuri: *Num Princeps, clavum Reipubli-*
ca tenens, Concionatoris officium gerere possit? In hu-
 jus autem enodatione notandum est, nos non
 de eo esse sollicitos, num Princeps, data occa-
 sione, v. g. in judiciis publicis, subditos ad re-
 ctum Dei cultum & vitam decoram adhortari
 queat? Hoc enim officii est cujuslibet pii Ma-
 gistratus, ejusque rei ergo vota à subditis
 ad Deum mittantur, ut probum nanciscantur

Q 9 2

Ma-

Magistratum, ac vitæ integritas conservetur, 1. *Tim. II, 2.* Neque illud in quæstionem venit, num, deficiente ordinario Ministerio, in casu inevitabilis necessitatis, Princeps imperans subditis verbum Dei prædicare, exponere, & salutaribus admonitionibus illustrare, ac peccatoribus pœnitentibus gratiam divinam annunciare, ægrotosque consolari valeat? Istud enim amoris Christiani genus à quovis subditorum esset exhibendum, quidni ergo à Principe ipso? Denique non quæritur, num Princeps habeat potestatem Ecclesiasticam circa sacra? Hæc enim ultro ipsi conceditur. Et quidem non *potestas interna*, quæ in prædicatione verbi, administratione Sacramentorum, absolutione à peccatis consistit, sed *externa* tantum, ut orthodoxi, pii & docti, eligantur Viri, ad sacrum Ministerium vocentur, confirmentur, & Sacra ab illis peragantur, ac cætera, quæ ad cultum publicum pertinent, ordine decenterque instituantur, hinc eidem quoque Principi Jus denegari nequit, ut Concionatores, male docentes ac viventes, abire & loco cedere jubeat, iisdemque graviter se opponat. Laudem ergo meretur pium responsum D. AUGUSTI, Electoris Saxonix, gloriosissimæ recordationis, ap. SELNECCERUM in *homil. funebri Lips. 1586.* hab. Ich will meine Seeligkeit nicht stellen auf Menschen/ die wohl irren können. Handeln meine Theologen zu Leipzig/ Wittenberg/ oder anderswo recht / so gefällt es mir wohl/ handeln sie aber unrecht/ und führen fal-

falsche Lehre (als Papistisch oder Calvinisch) so bin ich der Erste/der ihnen zu wieder. Idem SELNECCERUS alia ἀξιωματικόν de laudatissimo hoc Principe commemorat, è quibus adhuc unum apponere visum est: Ich habe mich von Jugend auf zu der heiligen Bibel/ und zu der Augspurgischen Confession bekennet/ dabey gedencke ich auch mit Gottes Hülffe und Gnaden zu sterben. Weil ich denn gesehen/ daß in meiner Hoff. Kirchen eine Calvinische Bibel fürhanden/ so M. E. S. vor sich und ohne mein Vorwissen darein gebracht hat/ so habe ich solche heraus genommen/ und D. Martin Luthers Version an die Stelle selbst geleyet/ desgleichen auch die Formulam Concordiæ. Und habe das gnädige Vertrauen zu meinen Seelsorgern und Prædicanten/ sie werden sich als treue Pastores in Lieb und Einigkeit unter sich iezo und künfftig erzeigen/ und die Lehre/ dazu sie sich bisher bekennet/ ihres höchsten Vermögens und Fleißes fortsetzen/ und sich nichts davon schrecken/ oder abhalten lassen/ so lieb ihnen ihrer Seelen Heil und Seligkeit ist. Prolixius de hoc argumento egerunt HÜLSEMANNUS (*qui præ cæteris doctrinam de Magistratu politico egregiè & accuratè proponit*, prout celeberrimus MASIUS libro mox citando p. 66. iudicat) ac SCHERZERUS in Breviario p. 1517. sqq. DANNHAUERUS in Theol. Conscient. P. I. p. 888. sqq. OSIANDER de Jure circa Sacra, Tüb. 1682. MASIUS in Interesse Principum circa Relig. Evangel. p. 64. sqq. aliique ubi-

vis obvii. Aliena tandem à scopo nostro quaestio est; Num Princeps, qui vel nullum habet Magistratum, vel eum deposuit, amore in Sacra studia ductus, & donis necessariis instructus, ad Concionatoris munus in Ecclesia subeundum promoveri possit? Fatemur equidem hominibus carnalibus ac delicatulis nihil optatius accidere posse, quam si à Principibus verbum Dei prædicaretur, ita enim ap. LUTHERUM *Colloq. mensal. p. 346.* quidam nugatus est: *Wenn Gott sein Wort durch Fürsten und Herrn / und die von Adel stesse predigen / so wolten sie es annehmen;* Verum quamvis hoc nostra præprensæ ætate vix sperandum esset, tamen negare haud liceret, quod, si ejusmodi casus contingeret, & nullum aliud adesset obstaculum, Principi Sacra hæc munia aggredi permitteretur. Hoc itaque sub quaestionis incudem revocandum est, *num Princeps, potestatem civilem exercens, in statu tranquillo, presentibus ordinariis ministris Verbi, orthodoxiam tradentibus concionari & reliqua sacra in se suscipere licitè possit?* Nostra sententia in negativam abit, & brevissimis est probanda.

§. 2. Præcipuum autem probationis nostræ argumentum è Concione Christi desumitur, quam post institutam sacram Cœnam ad discipulos habuit, eos informando, qua ratione ipsorum officium à Magistratu politico sit, diversum. Verba apud *Lucam C. XXII, 25. 26.* ita sonant: *Reges gentium dominantur illi, & potestatem super eas habentes, Benefactores vocantur. Vos vero*

vero non sic. Removet ergò hisce verbis ab Ecclesiastico officio Regimen politicum, & horum conjunctionem admittendam esse prorsus negat. Hæc autem non ita accipiantur, ac si omnem Magistratum in genere deponendum esse judicet Salvator Optimus, sed illum tantum Apostolis suis & eorum successoribus denegandum esse firmissime asseveret. Ad hujus ergo arbitrium docetur in Ecclesiis nostris, officium politicum cum Ecclesiastico conjungi non posse. Veritati verò cœlesti contrariatur

ROB. BELLARMINUS *de Romano Pontifice Lib. V. cap. X. p. m. 238.* duo ad hunc locum regerens, 1) Christum tantum instituere principes Ecclesiasticos, atque illis præcipere, ut non more regio, sed more patrum & pastorum, subditis præsent; 2) Eum prohibere Episcopis non omnem dominatum, qualis regibus piis esse solet, sed eorum tantum, qui ad instar tyrannorum subditos opprimunt, id quod ex græco verbo *κατακυβερνεῖν*, 1. Pet. V, 3. evincere conatur. Verum regeri potest ad hæc dubia, & quidem ad 1) omnem dominandi libidinem in genere Christum interdixisse, atque nullum adhibuisse discrimen inter dominari *more regum & more pastorum.* Et si hæc Ejus fuisset mens, quod Apostoli tantum more pastorum præesse deberent subditis, inferri posset, reges non patrum ad instar, sed cum tyrannide quadam, exercere potestatem, quod grave dictu foret. Ad 2) verò negatur, vocem græcam *κατακυβερνεῖν* semper dominatum aliquem

cum immoderato conjunctum innuere. Unicus locus hoc non evincit; Ad sunt enim loca Scripturæ in LXXrati versione, v. g. *Gen. I, 28. Ps. LXXII, 8. Ps. CX, 2.* in quibus eadem vox legitur, nec tamen tyrannicum imperium subintelligitur, ut taceamus, Mathæum vocem κατὰ τὴν ἐξουσίαν & Lucam κατὰ τὴν ἐξουσίαν usurpantes idem, prorsus indicare. Prohibetur ergo à Christo duobus in locis quævis imperandi libido, & cum Inspectoris seu Episcopi munus sit, pascere gregem, non vero dominari, Principis vero dominari, paternè, placidè, cuiuslibet inde perspicuum evadet, duo hæc officia non esse temerè conjungenda. Conf. Hutterus in *LL. Theol. p. 577.* Gerhardus in *Harm. Pass. Chr. T. II. P. III. p. 44. sqq.* Dannhauerus in *Hodesoph. Phæn. II. p. 142.* His præmissis constat unicuique, (à pari enim argumentari fas est) Principi integrum non esse, ea sibi arrogare, quæ Ecclesiastes officii ratione tantum exequi tenetur.

§. 3. Deinde non ignotum est, Divinum Numen, sapientissimo consilio, ordinasse, ut potestas ecclesiastica à politica sit & maneat diversa, id quod exemplum Moïsis & Aaronis, regnum Christi & Magistratus Politici, satis clare demonstrat. *Politica Administratio*, verba Confessorum sunt in *LL. Symbol. p. 38. versatur circa alias res, quam Evangelium.* Magistratus defendit non mentes, sed corpora & res corporales, adversus manifestas injurias, & coercet homines gladio, & corporalibus pœnis, ut justitiam civilem & pacem retineat. Non igitur commiscende sunt potestates Ecclesiasti-

siasti-

siastica & civilis. Ecclesiastica suum mandatum habet Evangelii docendi & administrandi Sacramenta.
 - - *Ad hunc modum discernunt nostri utriusque potestatis officia, & jubent utramque honore afficere & agnoscere, utramque Dei donum & beneficium esse.*

§. 4. Si utriusque, Principis videlicet & Concionatoris, officium accuratius paululum, consideraverimus, quilibet nobiscum deprehendet, illud longe difficillimum esse, ac in utroque rerum tractandarum copiam inveniri. Dux Brunsvicensis *Henricus*, symboli loco, quatuor hasce literas M. Z. M. U. eligebat, *Meine Zeit Mit Unruhe!* quo singulis innotesceret, multum curarum ipsi in administranda republica adesse. *Nihil est difficilius, quam bene imperare. Colligunt se quatuor vel quinque, atque unum consilium ad decipiendum Imperatorem capiunt: dicunt, quid probandum sit. Imperator, qui domi clausus est, vera non novit: cogitur hoc tantum scire, quod illi loquuntur: facit iudices, quos fieri non oportet; amovet à Republica, quos debebat obtinere. Quid multa? Ut Diocletianus ipse dicebat, bonus, cautus, optimus venditur Imperator, FLAV. VOPISCUS in Vita Aureliani C. 43. p. 532. T. II. Hist. Aug. verbis Diocletiani usus eleganter vereque pronuncia- vit. Si ex altera parte Sacerdotis munia intueamur, quæ non quotidie curæ, vigiliæ, labores ac negotia occurrunt? Ut impossibile ferme sit, si Princeps utraque velit conjungere. Sacerdotii dignitatem peculiari libello exposuit JO. CHRYSOSTOMUS, eumque librum ita subtiliter,*

Et prudenter atque accuratè condidit, ut omnes tam-
 qui, ut Deo gratum est, Sacerdotio funguntur, quam-
 qui negligenter Et ignave Sacerdotalem dignitatem ad-
 ministrant, hinc Et virtutes suas Et offensiones reperiant,
 ISID. PELUSIOTÆ judicium est Lib. I. Epist.
 156. p. 40. edit. Rittersh. Quando ergo Princeps
 Sacerdotium sibi tribuere vellet, verendum
 esset, ne præter negotiorum cumulum animam
 suam in majus adhuc conjiceret discrimen.
 Rempubl. laudabiliter administrare conscien-
 tiæ est, sed non minoris curæ, animarum salu-
 ti æternæ consulere. Melius itaque est, ut
 hæc, quæ Deus sejungenda voluit, nunquam
 conglutinentur, ne idem occinere debeat ali-
 quis, quod Zosimo ab ISID. PELUS. Lib. I. Epist.
 22. p. m. 6. objectum esse legimus: Ajunt non-
 nulli, te Sacerdotii cupiditate teneri, hoc est, rei, quam
 multis, ac præsertim tibi, attingere nefas est. Quare
 aut mores tuos corrige, aut à templorum, quæ tibi at-
 tingere minimè licet, cupiditate absiste. Ut de ex-
 emplis, quæ DANNHAUERUS l. c. adduxit,
 & illicitæ curiositatis pœnas dederunt, nihil di-
 camus.

§. 5. Hodiernam praxin consideraturi in
 alia omnia Principes Evangelicos ire videmus.
 Et quidem rectissimè. Habet enim Magistra-
 tus Supereminens negotiorum forensium cu-
 ram, Ministerium contra Ecclesiasticum sacris
 vacare solet rebus, eum in finem, ut κατὰ τάξιν
 omnia καὶ εὐαγγελισμῶν (hoc vero ordine quid
 quæso pulchrius aut salutarius inveniri potest?)
 instituantur. Quemadmodum vero hoc Prin-
 cipem

cipem male habet, si Ecclesiastes limites officii
 temere transfiliens politicas actiones in se susci-
 pere & expedire studeat, ut nec injuria secun-
 dum illud proverbii cum ipso agi possit: Die
 Geistlichen sollen bey ihrer Bibel bleiben; (a)
 Ita etiam ægre fit Ministris ordinariis, si à Ma-
 gistratu sive superiori sive inferiori Sacra per-
 agantur. Facillimo hinc negotio dijudicari
 integrum est, *quid de copulatione matrimoniali à
 Magistratu facta absque consecrante ministro sit senti-
 endum?* Describit vero eam DANNHAUERUS
l. c. p. 1041. sq. ex PIASECIO hisce verbis: *In Hol-
 landia, in gratiam Catholicorum & aliorum dissiden-
 tium in religione, qui Ministris Reformatis se nolunt
 sistere, & ab iis matrimonii sui benedictionem accipe-
 re, Magistratus constituit, ut coram se in curia promissio-
 nes fidelitatis sibi mutuè exhiberent; atque cen-
 sura haud ineleganti excipit: Tam rata est hu-
 jusmodi copulatio, quam ethnica, non tamen recta.*
 Num illa Confirmatio, cujus meminit BENTHE-
 MILIS in *Holländischen Kirchen und Schulen-
 Staat P. I. p. 347.* ejusdem sit commatis? Es
 wird die Benedictio Pastoralis nicht eben von so
 grosser Nothwendigkeit gehalten; denn solte die-
 selbe nicht bequemlich können erhalten werden/
 würden sie sich kein Gewissen machen/ als Ehe-
 leute sich zusammen zu halten/ wenn nur die Con-
 firma-

(a) Quæ ratione hæc sententia applicari pos-
 sit, post Keslerum in *Theol. Cas. Cap. 36.* do-
 cuit Dannherus in *Theol. Conscient. T. I. p.*
 1030.

firmation von dem Magistrat erhalten worden/
ab aliis doceri cupimus.

§. 6. Nec est, quod excipiatur, Principes olim varios actus Ministrorum Ecclesiae exercuisse. Nam vel illa exempla fuerunt plane extraordinaria, vel casum quendam necessitatis respexerunt, vel de facto hanc licentiam sibi arrogarunt, ut adeo prudentem eorum arbitrum exposcant. Nostra sunt verba *DANNHAUERI* à *Theol. Conscient.* p. 429. petita. *Extraordinario statui ἀνάλογον & fuit ille renascentis à Papatu Ecclesiae, ubi virorum Doctorem vicem explevere non raro Idiota, (addimus Principes) quibus ut organis infirmis Christus regnum tenebrarum oppugnauit, ac Evangelii thesaurum in vasis fictilibus obtulit, ut sublimitas virtutis ex Deo esset, non ex hominibus. Uno verbo: Admittimus Concionatores Illustres, in quantum admittendi sunt, rejicimus vero eos, si ab ordine diuinitus praescripto recesserint. Principis enim est, legum diuinarum, habere rationem, & voluntati immoderate statuere finem. Exemplum Pontificiorum, qui utramque potestatem in uno subiecto locum habere posse clamitant, Evangelici Principes, tantum abest, ut imitentur, ut potius rejiciant semper atque execrentur.*

§. 7. Illorum exceptio denique corrui, qui sibi blandiuntur, Principi licere, quicquid modo collibeat. Nam quamvis nonnunquam Principes Artibus Mechanicis delectati sint, quorum Syllabum exhibet *Dissertatio acad. de non indigna Principibus delectatione ab Artibus Mechanicis*

nicis petita, A. G. von Koseritz in Acad. Lipsf. Præfide M. JO. HENR. ERNESTI, 1691. *propof.* negamus tamen, pari ratione cum actibus sacris agendum esse. Hi enim religiosè & piè suscipiendi sunt, ut omnis evitetur levitas animi, ac pristinus ordini sacro conservetur decor.

§. 8. Eo tandem spectet hic labor noster, ut Ministerii Ecclesiastici æstimium Principibus Terrarum Dominis sit & maneat quam commendatissimum, & vera ac infucata pietas in Eorum animis altas figat radices, & nunquam, quod Deus faxit! eradicetur. Audiant Verbum Dei, quod Concionatores orthodoxi annunciant. Foveant eosdem, ac tueantur, nec eos verbulo offendi unquam committant. Divinum enim pronunciatum est *REINKINGII* prudentissimi *Pol. Bibl. L. 2. Axiom. 34.* Die Gottesfurcht ist der schönste Diamant an der Königlichen Krone und Fürstlichen Hut. Audite ergo, Principes Optimi, Concionatores vestros, quo Deus vester Vos audiat, atque verè Illustres & gloriosos non minus in terris, quam cœlis efficiat!

TANTUM.



2582

Faint, mostly illegible text in a historical script, possibly Latin or German, covering the majority of the page.



XII

Handwritten mark or signature, possibly 'f. 107' or similar, located in the bottom right area.

Handwritten mark or signature, possibly 'm' or similar, located at the very bottom right.



Q.H. 425,6
SS. TI
PI
CO
RIB
Dun
Ty

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Kodak
LICENSED PRODUCT

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

2
LIBRARY